



VENERDI' SANTO

In Parasceve

Stazione a S. Croce in Gerusalemme

Il sacerdote ed i ministri vestiti in paramenti neri, senza candele ed incenso, procedono all'altare: e prostratisi di fronte pregano per un po'. Intanto gli accoliti stendono una sola tovaglia sopra l'altare. Il sacerdote, dopo aver fatto l'orazione, sale all'altare e lo bacia in mezzo: quindi il lettore comincia la Profezia senza titolo.

Letture

PRIMA LETTURA

HÆC dicit Dóminus: In tribulatione sua mane consúrgent ad me: Veníte, et revertámur ad Dóminus: quia ipse cepit, et sanábit nos: percútiet, et curábit nos. Vivificábit nos post duos dies: in die tértia suscítábit nos, et vivémus in conspéctu ejus.

Osea 6, 1-6

QUESTO dice il Signore: Nella loro tribolazione si alzeranno al mattino per venire a me. In via diranno: torniamo al Signore; poiché Egli stesso ci ha rapiti e ci salverà: ci ha percossi e ci guarirà. Egli ci renderà la vita dopo due giorni; il terzo giorno

Sciémus, sequemúrque, ut cognoscámus Dóminum: quasi dilúculum præparátus est egréssus ejus, et véniet quasi imber nobis temporáneus et serótinus terræ. Quid fáciam tibi, Ephraim? Quid fáciam tibi, Juda? misericórdia vestra quasi nubes matutína: et quasi ros mane pertránsiens. Propter hoc dolávi in prophétis, occídi eos in verbis oris mei: et judícia tua quasi lux egrediéntur. Quia misericórdiam vólui, et non sacrificium, et sciéntiam Dei, plus quam holocáusta.

Non si risponde Deo grátias, cosa che si osserva anche dopo la seguente lezione.

TRATTO

Dómine, audívi audítum tuum, et tímui: considerávi ópera tua, et expávi. *ψ*. In médio duórum animálium innotescéris: dum appropinquáverint anni, cognoscéris: dum advénerit tempus, ostendéris. *ψ*. In eo, dum conturbáta fúerit ánima mea: in ira, misericórdiæ memor eris. *ψ*. Deus a Líbano véniet, et Sanctus de monte umbróso et condénso. *ψ*. Opéruit cælos majéstas ejus: et laudis ejus plena est terra.

Finito il tratto, il sacerdote dice:

Orémus.

Flectámus génuá. *℞*. Leváte.

DEUS, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concéde nobis

ci risusciterà e vivremo dinanzi a lui. Lo conosceremo e lo seguiremo per conoscerlo: egli verrà a noi come l'aurora e come la pioggia di autunno o di primavera. Che farò io a te, o Efraim? Che farò io a te, o Giuda? La vostra bontà è come una nube mattutina, e come la rugiada che al mattino scompare. Perciò io li ho trattati duramente per mezzo dei miei profeti e li uccideva colle parole della mia bocca; per tal modo la giustizia apparirà come la luce. Perché io amo la misericordia e non il sacrificio, e la scienza di Dio più degli olocausti.

Abacuc 3

Ho sentito, o Signore, il tuo annunzio e ne ho avuto spavento. Ho considerato le tue opere e ne fui atterrito. *ψ*. Tu ti rivelerai in mezzo a due animali; quando sarò vicino il tempo, ti farai conoscere; quando sarò giunto il momento, ti farai vedere. *ψ*. E poiché l'anima mia è turbata, tu nell'ira ti ricorderai d'aver pietà. *ψ*. Dio verrà dal Libano e il Santo dal monte ombroso e folto. *ψ*. La sua maestà ha coperto i cieli; la terra tutta è piena della sua gloria.

Preghiamo.

Piegate le ginocchia. *℞*. Alzatevi.

DIO, da cui Giuda ricevette il castigo del suo delitto e il ladro ne il premio del suo pentimento, fa

tuæ propitiatiónis efféctum: ut, sicut in passióne sua Jesus Christus, Dóminus noster, diversa utrísque íntulit stipéndia meritórum; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectionis suæ grátiam largiátur: Qui tecum vivit et regnat. *R.* Amen.

SECONDA LETTURA

IN diébus illis: Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Ægýpti: Mensis iste vobis princípium mén-sium: primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum cœtum filiórum Israël, et dícite eis: Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est númerus, ut suffícere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínium suum, qui junctus est dómui suæ, juxta númerum animárum quæ suffícere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus: juxta quem ritum tollétis et hædum. Et servábitis eum usque ad quartam décimam diem mensis hujus: immolabítque eum univér-sa multitúdo filiórum Israël ad vé-speram. Et sument de ságuine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superlimináribus domórum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni: caput cum pédibus ejus et intestínis vorábi-

a noi sentire l'effetto della tua pietá, affinché, come nella sua Passione Gesù Cristo Signor nostro diede all'uno e all'altro il dovuto trattamento, così tolte da noi le aberrazioni dell'uomo vecchio, ci dia la grazia della sua risurrezione: Il quale con Te vive e regna. *R.* Amen.

Esodo 12, 1-11

IN quei giorni: Disse il Signore a Mosè ed Aronne nella terra di Egitto: Questo mese sarà per voi il principio dei mesi, il primo dei mesi dell'anno. Parlate a tutta l'adunanza dei figliuoli d'Israele, e dite loro: Il decimo giorno di questo mese, prenda ciascuno un agnello per famiglia e per casa. Che se il numero delle persone è insufficiente per mangiare tutto l'agnello, inviterà, il suo vicino di casa, in modo che si abbia il numero sufficiente per consumare l'agnello. Questo poi sarà senza macchia, maschio, di un anno; e con lo stesso rito prenderete anche un capretto. E serberete l'agnello fino al giorno quattordicesimo di questo mese; e tutta la moltitudine dei figliuoli d'Israele lo immolerà alla sera. E prenderanno del sangue suo e lo metteranno su ambedue gli stipiti della porta e sull'architrave della porta delle case nelle quali lo mangeranno. E quella notte mangeranno quelle carni, arrostate al fuoco, con pani azzimi e lattughe selvatiche. Di esso non mangerete niente di crudo, o cotto nell'acqua, ma soltanto arrostito col fuoco; mange-

tis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum: Renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter: est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

TRATTO

Eripe me, Dómine, ab hómine malo: a viro iníquo líbera me. *ψ*. Qui cogitavérunt malítias in corde: tota die constituébant prália. *ψ*. Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: venénium áspidum sub lábiis eórum. *ψ*. Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: et ab homínibus iníquis líbera me. *ψ*. Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: abscondérunt supérbi láqueum mihi. *ψ*. Et funes extendérunt in láqueum pédibus meis: juxta iter scándalum posuérunt mihi. *ψ*. Dixi Dómino: Deus meus es tu: exáudi, Dómine, vocem oratiónis meæ. *ψ*. Dómine, Dómine, virtus salútis meæ: ob úmbra caput meum in die belli. *ψ*. Ne tradas me a desidério meo peccatóri: cogitavérunt advérsus me: ne derelínquas me, ne umquam exalténtur. *ψ*. Caput circúitus eórum: labor labiórum ipsórum opériet eos. *ψ*. Verúm tamen justí confitebúntur nómini tuo: et habitábunt recti cum vultu tuo.

rete anche il capo, i piedi e le interiora. Niente di esso deve avanzare per il mattino; se qualche cosa ne avanzasse lo brucerete nel fuoco. E lo mangerete in questo modo: avrete i fianchi cinti, le scarpe ai piedi, e i bastoni in mano, e mangerete alla svelta perché è la Phase (cioè passaggio) del Signore.

Salmo 139, 2-10 e 14

Signore, liberami dall'uomo malvagio, liberami dagli uomini iniqui. *ψ*. I quali tramano il male in cuor loro; tutto il giorno suscitano guerre. *ψ*. Come di serpente vibra la loro lingua; veleno di vipera portano sul loro labbro. Signore, difendimi dal peccatore; liberami dagli iniqui. *ψ*. Essi tramano per farmi cadere. I superbi mi han teso un laccio nascosto. *ψ*. Hanno teso delle reti, han posto un inciampo lungo la strada. *ψ*. Ho detto al Signore: Tu sei il mio Dio: Signore, ascolta il grido della mia supplica. *ψ*. O Signore, Signore rifugio della mia salvezza, proteggi il mio capo nel giorno, del combattimento. *ψ*. Non darmi, o Signore, in potere al peccatore, come egli desidera; essi macchinano contro di me, non mi abbandonare, perché essi non abbiano a gloriarsi. *ψ*. Sopra di quei che mi circondano ricadrà l'iniquità delle loro labbra. *ψ*. Ma i giusti daranno lode al tuo nome, e i giusti abiteranno al tuo cospetto.

Finito il tratto, si legge la Passione.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi
secúndum Joánnem.

Giovanni 18, 1-40; 19, 1-42

IN illo témpore: Egréssus est Jesus cum discipulis suis trans torrén-tem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse et discipuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum, locum: quia frequénte'r Jesus convénerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepísset cohórtem, et a pontíficibus et pharisáeis minístros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis.

Jesus itaque sciens ómnia, quæ ventúra erant super eum, processit, et dixit eis: ✠ Quem quáeritis? **C.** Respondérunt ei: **S.** Jesum Nazarénum. **C.** Dicit eis Jesus: ✠ Ego sum. **C.** Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abiérunt retrorsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos: ✠ Quem quáeritis? **C.** Illi autem dixerunt: **S.** Jesum Nazarénum. **C.** Respondit Jesus: ✠ Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quáeritis, sínite hos abíre. **C.** Ut implerétur sermo, quem dixit: Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam.

Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum: et percússit pontíficis servum: et abscídít aurículam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: ✠ Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam

Passione di N. S. Gesù Cristo
secondo Giovanni.

IN quel tempo: Gesù uscì con i' suoi discepoli al di là del torrente Cedron, dove era un orto, e vi entrò in loro compagnia. Conosceva bene anche Giuda quella località, perché Gesù vi andava spesso con i suoi discepoli. Avendo presa una coorte e alcune guardie dai capi dei sacerdoti e dei farisei, Giuda arrivò là con lanterne, con torce e con armi.

Gesù pertanto conoscendo tutto ciò che stava per succedergli, andò loro incontro e disse: ✠ Chi cercate? **C.** Gli risposero: **S.** Gesù Nazareno! **C.** E Gesù replicò: ✠ Sono io. **C.** C'era con essi anche Giuda, quello che lo tradiva. Non appena ebbe detto loro: Sono io, andarono indietro e stramazzarono a terra. Di nuovo perciò domandò loro; ✠ Chi cercate? **C.** E quelli replicarono: **S.** Gesù Nazareno! **C.** Riprese Gesù: ✠ Ve l'ho detto già, che sono io. Se dunque cercate me, lasciate che questi se ne vadano. **C.** E ciò accadde perché si avverasse la parola già detta da lui: Di quelli che tu mi affidasti, non ne perdesti neppure uno.

Simon Pietro pertanto, avendo una spada, la sfoderò e, così, percosse un servo del pontefice e gli staccò l'orecchio destro. Questo servo si chiamava Malco. Disse perciò a Pietro Gesù: ✠ Rimetti la spada nel fodero. Il calice che il Padre mi porge, non dovrò



illum?

C. Cohors ergo, et tribúnus et ministri Judæorum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum: et adduxérunt eum ad Annam primum, erat enim socer Cáiphæ, qui erat pónטיפex anni illius. Erat autem Cáiphás, qui consílium déderat Judæis: Quia éxpedit, unum hómínem mori pro pópulo.

Sequebátur autem Jesum Simon Petrus et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriæ: et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária: **S.** Numquid et tu ex discípulis es hómínis istíus? **C.** Dicit ille: **S.** Non sum. **C.** Stabant autem servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciébant se: erat autem cum eis et Petrus stans et calefáciens se.

io berlo?

C. La coorte, intanto, e il tribuno e le guardie dei Giudei afferrarono Gesù e lo legarono; e lo menarono prima ad Anna, suocero di Caifa, sommo sacerdote in quell'anno. Anzi, era stato proprio Caifa a dare ai Giudei il suggerimento: È opportuno che un uomo solo muoia invece di tutto il popolo.

Andava dietro a Gesù Simon Pietro e un altro discepolo. Questo discepolo era conosciuto dal pontefice, e perciò entrò con Gesù nell'atrio di Caifa. Pietro invece se ne stava fuori alla porta. L'altro discepolo, conosciuto dal pontefice, riuscì fuori e parlò alla portinaia, la quale fece entrare anche Pietro. Gli disse però la portinaia: **S.** Che forse anche tu sei discepolo di quell'uomo? **C.** Rispose: **S.** No. **C.** Ora, siccome era freddo, così i servi e le guardie se ne stavano al fuoco e si scaldavano. Anche Pietro era con loro e si scaldava lui pure.

Póntifex ergo interrogávit Jesum de discíplis suis et de doctrína ejus. Respóndit ei Jesus: ✠ Ego palam locú-tus sum mundo: ego semper dócui in synagóga et in templo, quo omnes Judæi convéniunt: et in occúlto locú-tus sum nihil. Quid me intérrogas? intér-roga eos, qui audiérunt, quid locú-tus sim ipsis: ecce, hi sciunt, quæ díxerim ego. **C.** Hæc autem cum dixísset, unus assístens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens: **S.** Sic respóndes pontí-fici? **C.** Respóndit ei Jesus: ✠ Si ma-le locú-tus sum, testimónium pérhibe de malo: si autem bene, quid me cæ-dis? **C.** Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem.

Erat autem Simon Petrus stans et calefáciens se. Dixérunt ergo ei: **S.** Numquid et tu ex discíplis ejus es? **C.** Negávit ille et dixit: **S.** Non sum. **C.** Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus ejus, cujus abscídit Petrus aurículam: **S.** Nonne ego te vidi in hor-to cum illo? **C.** Iterum ergo negávit Petrus: et statim gallus cantávit.

Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in prætórium. Erat autem mane: et ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras et dixit: **S.** Quam accu-sationem affértis advérsus hóminem hunc? **C.** Respondérunt et dixérunt ei: **S.** Si non esset hic malefáctor, non

Il pontefice pertanto interrogò Gesù intorno ai suoi discepoli e alla sua dottrina. Gli rispose Gesù: ✠ Io ho parlato a tutti all'aperto. Ho insegna-to sempre nella sinagoga e nel tempio, dove i Giudei affluiscono senza numero. In segreto poi non ho insegnato mai nulla. Perché interroghi me? In-terroga piuttosto quelli che mi han-no ascoltato. Sanno ben loro quello che ho detto. **C.** A tali parole di Gesù una guardia, lì presente, gli dette uno schiaffo, esclamando: **S.** Così tu rispondi al pontefice? **C.** Gli rispose Gesù: ✠ Se ho parlato male, mostra-mi dove è il male; se poi ho parlato be-ne, perché mi percuoti? **C.** Dopo aver-lo legato, Anna lo mandò al pontefice Caifa.

Là era pure Simon Pietro che, in piedi, si stava scaldando. Gli dissero perciò alcuni: **S.** Forse, anche tu sei dei discepoli di lui? **C.** Rispose: **S.** No, no; non sono. **C.** Riprese uno dei servi del pontefice, parente di quello a cui Pietro aveva staccato l'orecchio: **S.** O non t'ho veduto io stesso nell'orto con lui? **C.** E Pietro di bel nuovo negò; e subito cantò il gallo.

Conduussero pertanto Gesù dalla casa di Caifa al pretorio. S'era fatto giorno oramai; ed essi non entrarono dentro per non contaminarsi, ed esser così in grado di mangiare la Pasqua. Uscì perciò Pilato e andò lui verso di loro, domandando: **S.** Qual è il capo d'accusa che mi presentate contro quest'uomo? **C.** Per risposta gli dissero:

tibi tradidissémus eum. **C.** Dixit ergo eis Pilátus: **S.** Accípite eum vos, et secúndum legem vestram iudicáte eum. **C.** Dixérunt ergo ei Judáei: **S.** Nobis non licet interfícere quemquam. **C.** Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, signíficans, qua morte esset moritúrus.

Introívit ergo íterum in prætórium Pilátus, et vocávit Jesum et dixit ei: **S.** Tu es Rex Judæórum? **C.** Respóndit Jesus: ✠ A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? **C.** Respóndit Pilátus: **S.** Numquid ego Judæus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti? **C.** Respóndit Jesus: ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, mínistri mei úti-que decertárent ut non tráderer Judáeis: nunc autem regnum meum non est hinc. **C.** Dixit ítaque ei Pilátus: **S.** Ergo Rex es tu? **C.** Respóndit Jesus: ✠ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti: omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. **C.** Dicit ei Pilátus: **S.** Quid est véritas?

C. Et cum hoc dixisset, íterum exívit ad Judæos, et dicit eis: **S.** Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis, ut unum dimíttam vobis in Pascha: vultis ergo dimíttam vobis Regem Judæórum?

S. Se non fosse un malfattore, noi non te l'avremmo tradotto. **C.** E Pilato allora per tutta risposta: **S.** Pigliatevelo, e giudicatelo secondo la legge vostra. **C.** Ma i Giudei gli soggiunsero: **S.** A noi non è permesso dare la morte a nessuno. **C.** E ciò, perché si verificasse la parola che aveva detto Gesù intorno al genere di morte che gli sarebbe toccato a subire.

Pilato per tanto rientrò nel pretorio, e chiamò Gesù e gli disse: **S.** Sei tu il re dei Giudei? **C.** Gesù rispose: ✠ Dici questo di tuo, oppure te l'han detto altri di me? **C.** Pilato gli replicò: **S.** Sono io forse un Giudeo? La tua gente e i pontefici ti hanno consegnato a me. Che cosa hai fatto? **C.** Gesù rispose: ✠ Il mio regno non è di questo mondo. Se di questo mondo fosse il mio regno, le mie guardie avrebbero combattuto perché non fossi messo in potere dei Giudei. Il mio regno ora non è di qui. **C.** Ma Pilato riprese: **S.** Dunque tu sei re? **C.** Gesù rispose: ✠ Tu lo dici: io son re. Io sono nato per questo, e per questo son venuto nel mondo, per rendere, cioè, testimonianza alla verità. Chi proviene dalla verità, dà ascolto alla mia parola. **C.** E Pilato gli domandò: **S.** Che cos'è la verità?

C. Detto ciò, uscì di nuovo verso i Giudei, dicendo loro: **S.** Io non trovo in lui colpa alcuna. Ma siccome c'è usanza che rilasci libero uno in occasione della Pasqua, così volete che sia messo in libertà il re dei Giudei?

C. Clamavérunt ergo rursus omnes, dicétes: **S.** Non hunc, sed Baráb-
bam. **C.** Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum et flagellávit. Et mílites plectétes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus: et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant: **S.** Ave, Rex Judæórum. **C.** Et dabant ei álapas.

Exívit ergo íterum Pilátus foras et dicit eis: **S.** Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis, quia nullam invénio in eo causam. **C.** (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis: **S.** Ecce homo. **C.** Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamábant, dicétes: **S.** Crucifíge, crucifíge eum. **C.** Dicit eis Pilátus: **S.** Accípíte eum vos et crucifígite: ego enim non invénio in eo causam. **C.** Respondérunt ei Judái: **S.** Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. **C.** Cum ergo audíssent Pilátus hunc sermónem, magis tímuit.

Et ingrèssus est prætórium íterum: et dixit ad Jesum: **S.** Unde es tu? **C.** Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: **S.** Mihi non lóqueris? nescis, quia potestátem hábeo crucifígere te, et potestátem hábeo dimítere te? **C.** Respóndit Jesus: ✠ Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea, qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. **C.** Et exínde

C. Ma essi gridarono ad una voce, dicendo: **S.** Non lui, no, vogliamo, ma Barabba! **C.** E Barabba era un ladro. Pilato prese allora Gesù e lo flagellò. E i soldati intrecciarono una corona di spine e gliela misero sul capo, e lo ricoprirono con una veste rossa. Poi gli si avvicinarono e gli dissero: **S.** Salve, o re dei Giudei, **C.** e gli davano schiaffi.

Di nuovo Pilato uscì fuori e disse: **S.** Ve lo faccio nuovamente vedere qui, perché vi convinciate che non trovo in lui colpa alcuna. **C.** Venne fuori infatti Gesù che aveva la corona di spine e la veste di porpora. E disse loro Pilato: **S.** Eccovi l'uomo! **C.** A tal vista, i pontefici e i ministri si dettero a gridare dicendo: **S.** Crocifiggilo! Crocifiggilo! **C.** Rispose loro Pilato: **S.** Pogliatelo e crocifiggetelo voi. Per parte mia, io non vi trovo nessuna colpa. **C.** Gli replicarono i giudei: **S.** Noi abbiamo la legge; e secondo la legge egli deve morire, perché si è fatto Figlio di Dio. **C.** Sentendo queste parole, Pilato s'intimorì ancora di più.

Rientrò quindi nel pretorio e interrogò Gesù: **S.** Di dove sei? **C.** Gesù per altro non gli dette alcuna risposta. Gli disse perciò Pilato: **S.** Non mi rispondi? Ma non sai che ho il potere di crocifiggerti, come ho il potere di rimetterti in libertà? **C.** Gli replicò Gesù: ✠ Non avresti potere alcuno sopra di me, se non ti fosse stato dato dall'alto. Per questo chi mi ha consegnato nelle tue mani, è reo più

quærébat Pilátus dimíttere eum. Judæi autem clamábant dicéntes: **S.** Si hunc dimíttis, non es amícus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradícit Cæsari.

C. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum, et sedidit pro tribunáli, in loco, qui dicitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judæis: **S.** Ecce Rex vester. **C.** Illi autem clamábant: **S.** Tolle, tolle, crucifíge eum. **C.** Dicit eis Pilátus: **S.** Regem vestrum crucifígam? **C.** Respondérunt pontífices: **S.** Non habémus regem nisi Cæsarem. **C.** Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur.

Suscepérunt autem Jesum et eduxérunt. Et bájulans sibi Crucem, exívit in eum, qui dicitur Calváriæ, locum, hebráice autem Gólgotha: ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum.

Scrispsit autem et título Pilátus: et pósuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarénus, Rex Judæórum. Hunc ergo título multi Judæórum legérunt, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifíxus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, græce, et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judæórum: **S.** Noli scríbere Rex Judæórum, sed quia ipse dixit: Rex sum Judæórum. **C.** Respóndit Pilátus:

gravemente di te. **C.** Da quel punto Pilato cercava, il modo di rimetterlo in libertà. I Giudei invece incalzavano dicendo: **S.** Se lo rilasci, non sei amico di Cesare. Chiunque infatti pretende di essere re, va contro Cesare.

C. Pilato allora, dopo tali discorsi, riportò fuori Gesù, e si assise in tribunale in un punto detto Litostrato, in lingua ebraica, Gàbbata. Era la vigilia di Pasqua, ed era, quasi, l'ora sesta. Egli disse ai Giudei: **S.** Ecco il vostro re! **C.** Ed essi per risposta vociarono: **S.** Toglilo, togliilo di mezzo, e crucifiggilo! **C.** Replicò loro Pilato: **S.** Dovrò io crucifiggere il vostro re? **C.** Gli soggiunsero i pontefici: **S.** Non abbiamo altro re fuori di Cesare. **C.** Fu allora che glielo con segnò nelle mani, perché lo mettessero in croce.

Afferrarono quindi Gesù e lo menarono fuori. E portando la propria croce, egli si avviò a quel luogo che è chiamato Calvario, in ebraico, Golgota; dove lo crocifissero; e con lui crocifissero altri due, uno di qua e uno di là, e Gesù nel mezzo.

Pilato, poi, compose il titolo della condanna e lo affisse alla croce. Era scritto: Gesù Nazareno Re dei Giudei. Questo titolo infatti lo lessero molti, perché era vicino alla città il luogo, dove Gesù era stato crocifisso. Era scritto in ebraico, in greco e in latino. I pontefici ebrei per altro dissero a Pilato: **S.** Non ci scrivere: Re dei Giudei; ma che costui aveva dichiarato: Io sono il Re dei Giudei. **C.** Pilato rispose:

S. Quod scripsi, scripsi.

C. Míletes ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes: unicuíque míliti partem), et túnica. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem: **S.** Non scindámus eam, sed sortiámur de illa, cujus sit. **C.** Ut Scriptúra implerétur, dicens: Partíti sunt vestiménta mea sibi: et in vestem meam misérunt sortem. Et míletes quidem hæc fecérunt.

Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus, María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidíset ergo Jesus Matrem et discipulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suæ: ✠ Múlier, ecce filius tuus. **C.** Deinde dicit discípulo: ✠ Ecce mater tua. **C.** Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua.

Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: ✠ Sítio. **C.** Vas ergo erat pósito acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepíset Jesus acétum, dixit: ✠ Consummátum est. **C.** Et inclináto cápite trádidit spíritum.

S. Quel che ho scritto, ho scritto.

C. I soldati, pertanto, dopo averlo crocifisso, ne presero la veste e ne fecero quattro parti, una per ciascuno, e si impadronirono pure della tunica; la qual tunica era senza cuciture, perché fatta tutta a maglia dal capo in giù. Si dissero perciò: **S.** Non la dividiamo, ma tiriamola a sorte è sia di chi la vince. **C.** E ciò, perché si adempisse la Scrittura che dice: Si son divisi i miei abiti, e misero a sorte la mia veste. E i soldati fecero appunto così.

Stavano poi presso la croce di Gesù la sua Madre e la sorella di sua Madre, Maria di Cleofa e Maria Maddalena. Quando Gesù vide la Madre, e, lì vicino, il discepolo a cui voleva bene, disse alla Madre: ✠ Donna, ecco il tuo figlio! **C.** E poi disse al discepolo: ✠ Ecco la tua madre! **C.** E da quel punto il discepolo la ritenne come tale.

Dopo ciò, conoscendo Gesù che tutto si era verificato, perché si compisse la Scrittura, disse: ✠ Ho sete. **C.** Vi era lì un vaso pieno di aceto; ed essi, inzuppata una spugna nell'aceto ed avvolta ad ramo di issopo, gliela accostarono fino alla bocca. Dopo che ebbe sorbito l'aceto, Gesù disse: ✠ Tutto è compiuto. Ed, abbassato il capo, spirò.

Qui si genuflette per un momento.

Judæi ergo (quóniam Parascève erat) ut non remanèrent in cruce còrpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alteríus, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

Siccome per altro era la Parascève, così, perché non ne rimanessero in croce i cadaveri nel sabato—in realtà, era molto solenne quel sabato—i Giudei pregarono Pilato che fossero ad essi spezzate le gambe e fossero levati via. Vennero infatti i soldati e ruppero le gambe al primo e al secondo che erano stati crocifissi con lui; ma quando furono a Gesù, poiché lo videro già morto non gli fracassarono le gambe; ma un milite gli aperse colla lancia il costato, dal quale uscì subito sangue ed acqua. E chi vide ciò, ne fa testimonianza, ben sapendo di dire la verità, appunto perché crediate anche voi. Tutte queste cose infine sono avvenute, perché si adempisse la Scrittura: Non romperete a lui nessun osso, e un altro punto della Scrittura che dice: Volgeranno lo sguardo verso di colui che hanno trafitto.



Quel che segue si legge nel tono del Vangelo: e si dice Munda cor meum, ma non si chiede la benedizione, e non si portano le candele

né l'incenso, e il celebrante non bacia il libro alla fine.

POST hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discípulus Jesu, occúltus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Iesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ et áloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco, ubi crucifíxus est, hortus: et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

DOPO questi avvenimenti, Giuseppe d'Arimatea — essendo discepolo di Gesù, sebbene di nascosto per paura dei Giudei — pregò Pilato per avere il corpo di Gesù; e Pilato gli permise di prenderlo. Arrivò dunque e prese il corpo di Gesù. Giunse pure Nicodemo — quell'individuo che era andato la prima volta da Gesù di notte — e portò una mistura di mirra e di aloe, quasi un cento libbre. Presero dunque il corpo di Gesù e lo avvolsero in lenzuoli con gli aromi, come s'usa dai giudei nelle sepolture. In quella località poi, dove era stato crocifisso, si trovava un orto, e nell'orto un sepolcro nuovo, dove non era stato messo nessuno. Ivi appunto, giacché quella tomba era vicina, essendo la Parasceve dei Giudei, deposero Gesù.

Orazioni solenni

Quindi il sacerdote comincia subito:

PER LA CHIESA

OREMUS, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei: ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre, et custodíre dignétur toto orbe terrárum: subjiciens ei principátus et potestátes: detque nobis quiétam et tranquíllam vitam degentibus, glorificáre Deum, Patrem omnipoténtem.

PREGHIAMO, o carissimi, per la Chiesa santa di Dio; affinché Iddio nostro Signore si degni di pacificarla, raccoglierla e custodirla in tutto il mondo, assoggettando a lei i principati e le potestà; e a noi conceda che, con una vita quieta e tranquilla, diamo gloria a Dio Padre onnipotente.

Orémus.

Flectámus génuā. R̄. Leváte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti: custódi ópera misericórdiæ tuæ; ut Ecclésiā tua toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis perseveret. Per eúndem. R̄. Amen.

Preghiamo.

Piegate le ginocchia. R̄. Alzatevi.

ONNIPOTENTE sempiterno Id-dio, che nel Cristo hai rivelato la tua gloria a tutte le nazioni, custodisci le opere della tua misericordia, e fa che la tua Chiesa, sparsa per tutto il mondo, perseveri con fede salda nella confessione del tuo nome: Per lo stesso. R̄. Amen.

PER IL PAPA

OREMUS et pro beatíssimo Papa nostro N., ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in ór-dine episcopátus, salvum atque incólumem custódiat Ecclésiæ suæ sanctæ, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

Orémus.

Flectámus génuā. R̄. Leváte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, cujus judício univérsa fundántur: réspice propítius ad preces nostras, et electum nobis Antístitem tua pietáte consérva; ut christiána plebs, quæ te gubernátur auctóre, sub tanto Pontífice, credulitátis suæ méritis augeátur. Per Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Preghiamo.

Piegate le ginocchia. R̄. Alzatevi.

ONNIPOTENTE sempiterno Id-dio, dalla cui sapienza sono rette tutte le cose, volgiti propizio alle nostre preghiere, e nella tua bontà, conservaci il Pastore che ci sceglie-sti; affinché il popolo cristiano, che è governato dalla tua autorità, sotto un tanto Pontefice, cresca nei meriti della sua fede: Per il nostro Signore. R̄. Amen.

PER IL CLERO E POPOLO

OREMUS et pro ómnibus Epíscopis, Presbýteris, Diacónibus, Subdiacónibus, Acólythis, Exorcístis, Lectoribus, Ostiáriis, Confessoribus, Virgínibus, Víduis: et pro omni pópulo sancto Dei.

PREGHIAMO anche per tutti i Vescovi, i Sacerdoti, i Diaconi, i Suddiaconi, gli Accoliti, gli Esorcisti, i Lettori, gli Ostiari, i Confessori, le Vergini, le Vedove, e per tutto il popolo santo di Dio.